

De discursu stellarum. CAP. XXXVI.

Feri videntur & discursus Stellarum, nunquam temere, vt non ex ea parte truces venti coorian tur. Existunt Stella & in mari terrisq;

De stellis Castoribus. CAP. XXXVII.

Vidi nocturnis militū vigilijs, inbarere pilis pro vallo fulgorē effigie ea: et antennis nauigatiū, alijsq; nauū partibus, ceu vocali quodā sono insistant, vt volucres sedē ex sede mutant: graues cū solitaria venere, mergentesq; nauigia, & si in carina ima deciderint, exurentes: geminā autem salutaes, & prosperi cursus prauincia, quarum aduentu fugari diram illam ac minacem, appellatamq; Helenam, ferunt. Et ob id Polluci & Castori id numen assignāt, eosq; in mari deos inuocant. Hominum quoq; capita vespertinis horis, magno prasagio circumfulgent. Omnia incerta ratione, & in natura maiestate abdita.

De aere. CAP. XXXVIII.

HActenus de ipso mundo sideribusq; Nunc reliqua cali memorabilia. Nanq; & hoc calū appellauere maiores, quod alio noīe aera: omne quod inani simile, vitālē hunc spiritū fundit. Infra lunam hac sedes, multoq; inferior (vt animaduerto prope modum cōstare) infinitū ex superiore natura aeris, infinitum & terreni halitus miscens, vtraq; sorte confunditur. Hinc nubila, tonitrua, & alia fulmina. Hinc gradines, pruina, imbres, procella, turbines. Hinc plurima mortalium mala, & rerū naturā pugna secum. Terrena in calum tendentia deprimit siderū vis: eademq; quae sponte nō subeunt, ad se trahunt. Decidunt imbres, nebulae subeunt, siccantur amnes, ruunt gradines, torrent radij, & terram in mediū vndiq; impellunt. Idem infracti resiliunt: & quae potuere, auferūt secū. Vapor ex alto cadit, rursumq; in altū redit. Veni ingruunt inanes, idemq; cum rapina remeant. Tot animalium haustus spiritum ē sublimi trahit. At ille cōtra nititur, tellusq; vt inani calō spiritum infundit. Sic vltro citroq; commeante natura, vt tormento aliquo, mundi celeritate discordia accenditur. Nec stare pugnae licet, sed assidue raptā cōuoluitur, & circa terram immenso rerū quasi globo tendit, subinde per nubes calum aliud obtexens. Ventorū hoc regnū. Itaq; praecipua eorū natura ibi, & ferme reliquas cōplexa causas, quoniam & tonitruum & fulminum iactus, horum violentia pleriq; assignant. Quin & ideo lapidibus pluere interim quod vento sunt rapti, & multa similiter. Quamobrem plura simul dicenda sunt.

De statis tempestatibus. CAP. XXXIX.

Tempestatum rerumq; quasdam stas esse causas, quasdam vero fortuitas, aut adhuc rationis incōperta, manifestum est. Quis enim aestates et hyemes, quāq; in tēporibus annua vice intelligūtur, siderū motu fieri dubitet? Ergo vt solis natura temperando intelligitur anno, sic reliquorum quoq; siderū propria est quibusq; vis, & ad suam cuiq; naturam fertilis. Alia sunt in liquorē soluti humoris fecunda,

alia concreti in pruinas, aut coacti in niues, aut glaciati in grandines: alia flatus, alia teporis, alia vaporis, alia roris, alia rigoris. Nec vero hac tanta debēt estimari, quanta cernuntur, cum esse eorum nullum minus luna tā immense altitudinis ratio declaret. Igitur in suo quaq; motu naturam suam exercent, quod manifestum Saturni maxime transitus imbribus faciūt. Nec meantium modo siderum hac vis est, sed multorum etiam adhaerentium calō: quoties errantium accessu impulsā, aut cōiectu radiorum extimulata sunt: qualiter in succulis sentimus accidere, quas Graeci ob id pluuio nomine hyadas appellant. Quin & sua sponte quaedam stasq; temporibus, vt hædorū exortus. Arcturi vero sidus non ferme sine procellosa grandine emergit.

De vi caniculæ.

CAP. XL.

Nam caniculæ exortu, accendi solis vapores quis ignorat? cuius sideris effectus amplissimi in terra sentiuntur. Feruent maria exoriente eo, fluctuant in cellis vna, mouentur stagna. Orygem appellat Aegyptus feram, quam in exortu eius cōtra stare & contueri tradit, ac velut adorare, cum stermerit. Canes quidem toto eo spatium maxime in rabiē agi, non est dubium.

Sidera in alijs signorum partibus & temporibus alias influere.

CAP. XLI.

Quin in partibus quoq; signorū quorundam suis inest, vt autumnali æquinoctio, brumāq; cū tēpestatibus confici sidus intelligimus, nec imbribus tantū tempestatibusq; sed multis & corporum & ruris experimētis. Afflantur alij sidere, alij cōmouentur stas tēporibus aluo, neruis, capite, mente. Olea, & populus alba, & salices, folia solstitio circumagunt. Floret ipso brumali die, suspensa in tectis arentis herba pulegij, rūpuntur intentæ spiritu membranae. Miretur hoc, qui nō obseruet quotidiano experimento, herbā vnā, quae vocatur heliotropiū, abeuntem solē intueri semper, omnibusq; horis cū eo verti, vel nubilo obumbrante. Iam quidem lunari potestate ostrearum, conchyliorumq; & concharum omnium corpora augeri ac rursus minui. Quin & soricum fibras respondere numero lunæ, exquisiuere diligentiores: minimumq; animal formicā sentire vires sideris, interlunio semper cessantem. Quo turpior homini inscitia est, fatenti praecipue iunctorum quorundam in oculis morbos cum luna increfcere ac minui. Patrocianatur* vastitas cali immensa, discreta altitudine in duo atq; LXX. signa. Hæc sunt rerum aut animalium effigies, in quas digessere calum periti. In his quidam mille sexcentas annotauere stellas, insignes videlicet effectū, visiuæ. Exempli gratia, in cauda tauri septem, quas appellauere vergilias, in fronte succulas, Booten, qui sequitur septentriones.

*vastitas cali, immensa altitudine discreta i duo atq; quadraginta fig.

Embriū, ventorū & nubiu cāx. CAP. XLII. Xtra has causas nō negauerim existere imbres vëtosq; quoniam humidam à terra, alias vero propter